

Aleksander Grużewski

Quid sibi illud Lucae Evangelistae
ΕΠΙΣΤΑΤΑ re vera velit e4t quo modo
se ad dynamicas quaestiones habeat

Studia Theologica Varsaviensia 8/1, 355-359

1970

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](#), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

KS. ALEKSANDER GRUŽEWSKI

**QUID SIBI ILLUD LUCAE EVANGELISTAE: ΕΠΙΣΤΑΤΑ
RE VERA VELIT ET QUO MODO SE AD DYNAMICAS
QUAESTIONES HABEAT**

Vehementer gaudeo me Vincentii Kwiatkowski, Viri Doctissimi, discipulum esse. Qua re commotus illi hanc philologicam nec semasiologicam grato animo offero.

Cum seminario biblico, a Casimiro Romanuk, Doctore Biblico quod ad redactionis quae vocatur historiam pertinebat, in Varsaviensi Seminario interessem, praeter alia Christi miraculum de tempestate sedata Bornkamm auctore discuttebatur. Quibus in synopticorum descriptionibus (Mt. 8, 18, 23—27; Mc. 4, 35—40; Lc; 8, 22—25) Christus a perterritis discipulis varie adloquebatur. Mattheus enim versu XXV^o ait: καὶ προσελθόντες ἡγειραν αὐτὸν λέγοντες· κύριε, σῶσον, ἀπολλύμεθα. Marcus vero versu XXXVIII^b dicit: καὶ ἐγείρουσιν αὐτὸν καὶ λέγουσιν αὐτῷ· διδάσκαλε οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα; Lucas capitinis octavi versu vicesimo quarto ita scribit: προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν λέγοντες· ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. Cum ille vocabuli: ἐπιστάτης vocativus praeter Lucam nusquam in Novi Testameuti libris legatur, recte oritur quaestio, quaenam illius vocati vi semantica vis sit, praesertim, cum mirore atque stupore affectis, ut philologus classicus, conspexi in omnibus Biblicae Graecitatis lexiconibus, Zorellio excepto, ex eis

vero in totius Graecitatis vocabularia, ut solum Liddel-Scot-Jones *Greek-English Lexikon* (new edition 1958) nominarem, receptam esse huius vocativi notionem: Meister (Vulgata tradit: Praeceptor (aut Rabbi) ita Liddel-Scot-Jones) E quibus omnibus, quoad sciam, Oepke in illo praestantissimo opere: G. Kittel et G. Friedrich *Theologisches Wörterbuch zum Neuen Testament* (altero volumine, pag. 619—629) tria illa: κύριος, διδάσκαλος, ἐπιστάτης secum confert sed gravissima additione facta: „aber anscheidend mit der Empfindung nicht volliger Äquivalenz“ pag. 619). Ab omnibus vocabulariorum auctoribus laudabiliter Zorell differt cum vocabuli notionem ita tradat: antistes, praefectus, praeses. Illius viri docti meritum etiam est dixisse nostrum vocativum a verbo: ἐφ-έστηκα procedere, cum eum ab illo: ἐπίσταμαι deducere quaedam petitio principii videatur. Quae petitio principii quae dicitur, in eo consistit, quod nostrum: ἐπιστάτης hebraici-arammaici: RABBI translatio literalis esse debeat. Inde ista puerilis etymologia procedit quae a nullo comparandarum linguarum perito nostris temporibus probari possit. Praeterea illud quidem gravissimum Oepke viri docti meritum est statuisse nostri vocabuli vim semanticam esse plurimam. Quod tamen illum Walterum Bauer fugit, qui triginta annis postea id est anno 1958 in quinta sui vocabularii editione vocis: ἐπιστάτης testem Homerum fecit, nulla mentione facta illam „mendici“ — Bettler, ut legimus in: *Authenrieth Schulwörterbuch zu den Homerischen Gedichten* — 1908 pagina 127) notione apud Homerum pollere. Quae nostri vocabuli polisemia quae dicitur, optime ex illo Graecitatis vocabulario a vv. dd. Liddel-Scot-Jones anno edito 1958 conspicitur:

1. one who stands near or: by: hence like: ἵκετης, suppliant: οὐ σὺ γ' ἂν ἔξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδὲ ἄλλα δοίτης, ρ 455
2. in battle order, one's rear rank man, X. Cyr. 3, 3, 59, 8, 110 al.

- b. also, even numbers in a λόχος Ascl. Tact. 2,3, Arr. Tact. 6,6
 II. one who stands or: is mounted uppon, ἀρμάτων ἐ of a charietteor; S. El: 702, E. Ph. 1147: ἐλεφάντων ἐ., of the driver, Plb. 1, 40, 11;
2. one who is set over, chief, commander, A. Th. 816(815) ὅπλων Id. Pers. 379, ποιηνίων ἐ. S. Aj. 27; ἐρετρῶν ἐ. E. Hel. 1267; θύματος ἐ. Id. Hec. 223; but: ταύρων πυρπνόων ζεύγλησ mastering them with, Id. Med. 478.: ἐνόπτερων καὶ μύρων of the Trojans, Id. Or. 1112: ἐ Κολωνοῦ, of a tutelary god S; OC, 889; [καιρὸς] ἀνδράσιν μέγιστος ἔργου παντὸς ἐστ' ἐ. Id. Hec. 223: also in Prose, ἐ. γενέσαι τῶν λόγων ἵσους καὶ κοινοὺς judges, And. 4,7; ποίας ἔργασίας ἐ.; Answ ἐ. τοῦ ποιῆσαι δεινον λεγειν (wheret — — ἐπιστήμων) Pl. Prt. 3, 212d; πραμάτων Isoer, 4, 121; ἐπιστάται ἄθλων stewards of games, Pl. Lg. 949a cf. X. Lac. 8,4; of pilot, Id. Oec. 21,3: supervisor of training, Pl. R. 1, 412a, X. Mem. 3,5,18 (pl.): ἐ. τῶν πατέρων IG 12(I)43 (Rhodes). τῶν ἐφήβων Inscr. Prien. 112, 73 (I.B.C.); voc. ἐπιστάται — Rabbi Ev. Luc. 5,5 al. (quod quidem non est verum).
- III president of a board or assembly: at Athens ἐ τῶν πρυτανέων chairman of βουλῆ and ἐκκλησία from IV cent., Aeschn. 3,39, D. 22,9; ἐ. ὁ ἐκ τῶν προέδρων IG 2². 204,31 (IV B.C.) in other Greek states, ib. 12(I), 731 (Rhodes), 12(7), 515,116,125 (Amorgos), etc. ἐ. τῶν νομοθετῶν ib. 2²,222: τῶν δικα [στῶν] L.W: 1539 (Erythrae):
2. overseer, superintendent, in charge of any public building or works, τοῦ νεώ τοῦ ἐν πόλει i. e: of the temple of Athena Polias, IG I, 372: ἵερος UPZ. 42,12 (II. B.C.) ἐ. τῶν ἔργων clerk of the works D. 18,114, LXX Ex. 1,11 (pl.); τῶν δημοσίων ἔργων Aeschin. 3,14; τοῦ ναυτικοῦ ib. 222: τῆς Ἀκαδεμείας Hyp: Dem, Fr. 7: τοῦ Μουσείου OGI 1 04,4 (II B. C.) τῶν κοπρώνων D. 25,49.
3. governor, administrator τῆς πόλεως OGI 254,3 (Babylon, II), cf. IG 12(3). 320,7 (Thera, III B. C.), OGI 479,7 (Dorylaeum, II A. D.); κόμης local magistrates, Arch. Pap. 4,38.
4. — προστάτης, Lat.: patronus, IG 14,1317.

IV in Ar. Av. 437 — χυτρόπος Ar. Byz. ap. Eust. 1827,45; other explanations ibid. Sch. Ar. 1. c.: τοὺς πιστάτους is fr. ἐπίστατος - πιστάτος, Anon. ap. Eust. 1827,56: dub. sens. in BpW 1892,515: cf: ἐπίστατον.

Quae omnia necessario ex illo Liddell-Scott-Jones'is Vocabulario tradenda sunt, ut huius dissertatiunculae lector ipse cognoscat, quid sibi Lucae vocativus: ἐπίστατα velit, quo ille modo non solum cum Classicorum Graecitate, verum etiam cum posteriorum temporum immo cum Septuaginta lingua connectus sit.

Quae cum ita sint, necesse est concludamus illus vocativi notionem esse hanc, quae apud Liddel-Scot-Janes'ium sub numero II,2 legentur, scilicet: one who is set over, chief, commander, ut iam inde a triginta annis Zorell statuit. Quae vero Walterus Bauer ad loc. confert, de notione παίδων vel ἑφήβων ad magistri notionem translata pertinent:

Nemini, ut opinor, igitur nunc latet vocativi: ἐπίστατα notionem arctius cum vocabuli: κύριος, quam cum vocis: διδάσκαλος significatione connecti.

Recta nostri vocativi significatione statuta, observandum est rerum adiuncta, quibus Lucas Evangelista illo vocativo utatur. Praeter illos synopticorum locos, de quibus supra dictum est, quinque Lucas vocativum: ἐπίστατα tradit: Primo, cum Simon Iesum adloquatur (5,5) se nihil praeterita nocte cepisse, nunc vero Iesu praecepto se rete laxaturum esse. Notandum est Petrum cognito miraculo iam non: ἐπίστατα sed: κύριε ad Iesum dixisse. Altero loco (8,46), antequam Iesus diceret „virtutem” (σύναψιν) de se „exisse” sibi compertum esse, Petrus ad Iesum dixit: ἐπίστατα, οἱ ὄχλοι συγέχοντιν σε καὶ ἀποθλιζούσιν, Tertio loco (9,33) in Transfigurationis descriptione post visionem Moysis et Eliae cum Iesu loquentium Petrus ait ad Iesum: ἐπίστατα, καὶ οὐ ἔστιν ἡμᾶς ὡσεὶ εἴναι, καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοι καὶ μίαν Μωϋσέι καὶ μίαν Ἐλίᾳ, μὴ εἰδῶς ὁ λέγει. Postea nubes „obumbravit eos” (Vulgata),

atque discipulorum aures Patris de Filio testantis vox sonavit. Quibus duobus praeteritis locis noster vocativus primus gradationis terminus est.

Quarto Lucae loco Ioannes Evangelista ad Iesum dicit: „επιστάτα, εἰδομέν τινα ἐν τῷ ὀνόματι σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια καὶ ἐκωλύομεν αὐτὸν ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν”.

Quinto loco (16,13) non discipuli. sed decem leprosi Iesum adloquuntur: Ἰησοῦ, ἐπιστάτα, ἐλέησον ἡμᾶς. Quo dicto miraculum a Dómino patratur.

Quibus omnibus collatis nec non perscrutatis luce clarius enitet apud Lucam vocativum ἐπιστάτα non solum optimae Graecitatis prae se ferre vestigia et notionem maxime ad illud: κύριος accedere, verum etiam, quod ad redactionis atque dynamicae quaestionis theoriam maximi momenti est, dynamicae narrationis introducendae constantissimo usui esse.